24 258/p

FACVLTATIS MEDICAE

IN ACADEMIA LIPSIENSI

H. T.

PROCANCELLARIVS

D. IOANNES CAROLVS GEHLER

ANAT. ET CHIR. P. P. O. FAC. MED. ASSESS. COLL.

MIN. PRINC. COLLEGA CIVITAT. LIPS. MED.

OBSTETR.

PANEGYRIN MEDICAM

AD D. XXXI. IANVAR. CIↃIↃCCLXXXIII.

INDICIT

DE

VINI FERRO ADVLTERATI DOCIMASIA

DISSERENS.

42600
WELLCOME INSTITUTE LIBRARY

Liquorem, *vini probatorium* quem vulgo dicunt, dubium omnino et prorſus fallacem indicem ac teſtem eſſe plumbi, in acidiusculis vinis ſoluti, nuper fuit a nobis luculenter ſatis comprobatum. Variis enim inſtitutis experientiis aeque, ac adductis multis praeſtantiſſimorum Chemicorum teſtimoniis abunde demonſtravimus, non plumbi tantummodo, ſed omnium fere metallorum terram, in acidis tam vegetabilibus, quam mineralibus ſolutam, avidiſſime attrahere ſibique vnire ſulphur vel certe phlogiſton, quod dicto liquori ineſt, et ab illo ita conſpurcari, vt plus minusue nigrescat, atque ideo fluidum, in quo praecipitata natat, fuſco atroue colore tingat. Hinc eadem fere oriri conſpeximus phaenomena ab inſtillato eiuſmodi liquore in vinis adulteratis cuiuſcunque generis, ſiue illa addito lithargyrio, ſiue

iniecto ferro aut cupro fuerint inquinata. Quod idem et ab Ill. DELIO aſſertum confirmatumque nos legiſſe ſummopere laetamur in libello, cui inſcripſit: *Etwas zur Reviſion der Wein-Probe auf Bley*; valdeque dolemus, non potuiſſe nos in ea, quam nuper recenſebamus, vinorum, hic Lipſiae venalium, diſquiſitione vti doctiſſimi huius Viri, egregiis ſane et latam a nobis ſententiam mirifice illuſtrantibus, argumentis, cum demum poſt eam inſtitutam, annuo ſpatio elapſo, haec modo commemorata ſcriptiuncula publice fuerit prouulgata. Cum igitur ex hiſce adlatis ſatis ſuperque euictum ſit, non omne vinum, quod ab adfuſo hepate ſulphuris in aqua ſoluto conturbatur ac nigreſcit, pro tali eſſe habendum, quod plumbum in ſe contineat, ſed poſſe eſſe illud alio quodam, non aeque noxio, quin ſaepenumero ſalubri, metallo commixtum, operae omnino videtur eſſe pretium detegere verum modum, quo poſſit cognoſci, quali metallo ſuſpectum tale vinum ſcateat, vt queant poliatri, a magiſtratu ad vinorum explorationem poſtulati, facti mangonii indolem ſtatim definire. Licet enim, vt iam GAVBIVS monuit, ipſa illa, adeo decantata, per lithargyrium facta vinorum adulteratio, ſiue conſilio illa inſtituatur ſiue caſu fiat, multo minus frequenter in diſquiſitione vinorum inueniatur, ac vulgo exiſtimant; licet et in vendibilibus vinis aliorum metallorum connubia vix ſuſpicanda eſſe videantur; fieri tamen interdum illam vel pro aciditate vini nimia imminuenda, vel ob quorundam oenopolarum conſuetudinem, vina in vaſis e ſtanno cum plumbo commixto confectis aſſeruandi, experientia aeque docet; ac exemplum a nobis in nupera ſcriptiuncula enarratum comprobat, poſſe fortuito caſu et ferro contaminari

taminari vinum. Hinc multum intereſſe tam oenopolarum, ne vel iacturae faciendae periculum, vel perpetrati veneficii ſuſpicionem incurrant; quam compotatorum, ne plenis buccis ſanitati ſuae adeo inſidioſum venenum hauriant, noſſe ac certo ſcire, vtrum, quo fruuntur, vinum purum ac intemeratum, an metallo quodam et quali ſit inquinatum, nemo dubitare poterit. Metallorum, praeter plumbum ac ferrum, connubia vix vnquam eſſe extimeſcenda in tali vino, qui venum proſtat, ipſa rei ratio facile indicat, cum nullam ſubeſſe poſſe eiuſmodi mangoniſationis cauſam quilibet fere, vel me non monente, intelligat. Breuiter igitur nunc commemorabimus ea ſigna, ex quibus ſat tuto poſſit huius diſcriminis ratio colligi. Primum in his locum occupare videtur ſapor. Qui ſi vere acidus deprehenditur, nihil omnino de plumbi latitantis mangonio erit verendum. Habet enim omne, quod ſaturninis particulis infectum eſt, vinum, ob enatum in eo ſaccharum ſaturni, ſubdulcem grateque linguam mulcentem ſaporem. Facile hic, a plumbi ſale excitatus, dulcis ſapor ab iſto poteſt diſcerni, qui vinis quibusdam generoſis ac vere puris ineſſe ſolet, quae inde ſolent *milde Weine* nominari, et ob quem ea a potatoribus mirum in modum aeſtimantur. Eſt enim ſaccharo ſaturni ea indoles, vt, licet primum dulcedinem quandam habere percipiatur, poſtmodum tamen, corrugando quaſi linguam, eius neruos ac fibras leuiter conſtringat. Differt tamen et hic conſtrictionis ſenſus multum ab eo, quem ferrum, in vini acido ſolutum, procreat, quem communi fere ore ſolemus eundem dicere, quem atramentum ſcriptorium excitat; quemque percipimus in omnibus ac ſingulis aquis ſoteriis mar-

 tialibus

tialibus pyrmontanis v. c. egranis cet. ob ferri vitriolum ipſis inhaerens. Quod igitur vinum hac dicta ſaporum differentia ſuſpectum redditur, illud penitius ac diligentius erit explorandum, ſolutumque in eo metallum ex eo ſeparandum. Quod quidem optime perfici poſſe ea ratione chemia docet, vt, euaporata omni vini humiditate, reſtitanti ſicco magmati ſeu pulueri addatur inflammabile quoddam corpus, cuius phlogiſto terra metallica, durante inſtituta fuſione, reduci, vt aiunt, poſſit, atque adeo metallum, hoc modo priſtinae ſuae naturae reſtitutum, rite explorari queat. Licet vero haud negandum ſit, hanc dictam methodum omnium eſſe certiſſimam atque tutiſſimam ad quodcunque metallum vel vino vel aquis medicatis inhaerens detegendum; poterit tamen ea nullo modo cum omni vendibili vino commode inſtitui. Magna nimirum requiritur eiusmodi vini diſquirendi copia, ſi inde per dictam metalli reductionem tantum metalli ſeparari debet, quantum ad eius naturam rite diiudicandam ſufficiat. Mira enim eſt et paene incredibilis metallicarum particularum ſubtilitas, qua tantopore diuidi a menſtruis ac in tam teneras partes diſſolui poſſunt, vt quamuis ex ponderis diminutione vix videatur eſſe aliquid a fruſto metalli, acido cuidam menſtruo iniecti, decerptum, liquores tamen adfuſi, quos reagentes chemici dicunt, totam menſtrui copiam tingant, et metalli ſoluti veſtigia facillimo negotio manifeſtent. In tam caro ergo ac magni pretii vino, quale illud in hoc noſtro exemplo erat diſquirendum, haec, quamuis tuta, docimaſia vix locum habere videbatur. Recte tamen Ill. DELIVS affirmat, prodere vinum plumbo adulteratum, ſi ad ſiccitatem euaporatur, varia mangonii ſui indicia.

dicia. Non ſolum enim viſcidam atque tenacem indolem ſub finem inſpiſſationis adipiſcitur; ſed et poſtea reſiduum vere ſiccum, ſi in excauato carbone ope tubuli ferruminatorii funditur, aut potius calcinatur, fumum flavicantem, plumbi certiſſimum teſtem, emittit. Si vero ferro fuerit tale vinum conſpurcatum, reſiduum ab euaporatione magma cum inflammabili quadam re calcinatum, ferri particulas ſuppeditabit, magnetis ope facillime ſeparandas.

Erit vero in omni caſu, vbi haec docimaſia nequit adhiberi, confugiendum ad liquores, *praecipitantes* a chemiae cultoribus dictos. Quorum quidem vſitatiſſimus eſt, ad ferri admixti praeſentiam detegendam, ille, quem feruida aqua vel ex gallarum turcicarum puluere vel theae foliolis extrahit. Hic enim cuiuis liquido, quod martis ſal in ſe continet, inſtillatus, illud atro colore tingit, ſicque atramenti ſpeciem efficit. Quod et in vino martiato praeſtat, licet paulo lentius agere in vinoſam talem ferri ſolutionem videatur, quam in aquas ſoterias aut chalybis tincturas officinales. Vinum vero plumbo adulteratum turbat quidem hic liquor, non tamen fuſco colore tingit. Hepar ſulphuris, quouis modo paratum, ſi in aqua ſimplici ſoluitur, liquorem probatorium offert, vt ſaepe monuimus, ad quaeuis metalla vino admixta indicanda aptum. Adfuſus enim eiuſmodi vino ſtatim illud atro colore imbuit. Atque in hoc ipſo, quo tingitur vinum, colore videtur apta ſatis diſcriminis metalli latitantis nota apparere. Qui enim in vino, plumbi mangonio inquinato, oritur nigricans color, ille magis ad rubrum vergit, cum, qui ferrum indicat, coerulei quid habere videatur. Omnibus vero reliquis

liquo-

liquoribus reagentibus, certe ad ferrum ſolutum detegendum, multum praeſtat ille, quem chemici *lixiuium ſanguinis* dicunt. Solet ille paulo operoſiori labore ex ſanguine bouino cum alcalino fixo ſale calcinato confici. Poterit tamen, vt MACQVERVS docuit, multo faciliori negotio ea methodo parari, vt pigmento illi, quod vulgo *coeruleum berolinenſe* appellatur, oleum tartari per deliquium aut, quod idem eſt, forte ac ſaturatum lixiuium ſalis alcalini fixi ſuperfundatur: ſic enim ſoluit hoc lixiuium illud, quod in hoc pigmento terrae martiali adhaeret, phlogiſton, et fit hoc modo liquor, qui cuiuis liquido, quod martem acido quodam ſolutum continet, affuſus, illud gratiſſimo colore coeruleo tingit. Cum tamen hac dicta ratione pauxillum contineat ferri ſoluti, opus omnino erit, ſi ad diſquirenda vina aut fontes medicatos illum adhibere volueris, vt antea ab his adhaerentibus ferri particulis probe depuretur. Quod optime adfuſo aceto praeſtari poſſe, BAVME (*Experimental-Chemie* Tom. II. 672.) fuſius expoſuit. Videtur eiuſmodi non ſatis depurato lixiuio ſanguinis Ill. DELIVS vſus fuiſſe, cum et vina vere ſincera ab hoc inſtillato coeruleſcere paululum affirmauerit. Quod adhuc magis ex eo eluceſcere mihi videtur, quoniam et iſta, quae ab ipſo per lithargyrium fuerant adulterata, adfuſo ſuo lixiuio coeruleo colore imbuebantur. Purum enim ab omni ferro ſanguinis lixiuium in noſtris experimentis vinum plumbo mangoniſatum conturbabat quidem, coeruleo vero colore nullo modo tingebat.

His igitur probe intellectis ac penſitatis ad alteram ab Electore Sereniſſimo his verbis propoſitam quaeſtionem ad

ad No. 2. *wie ſolchenfals die bey verfälſchten Weinen wahrzunehmenden Wirkungen von jenen* (quae a plumbo admixto efficiuntur) zuverläſsig *zu unterſcheiden?*

ita reſpondimus:

Ohnerachtet nun wohl hierzu die Inſpiſſation *eines ſolchen verdächtigen Weins bis zur völligen Trockenheit, und die nachher durch zugeſetztes Phlogiſton nach den Regeln der Chemie bewirkte* Reduction *des in dem übrigbleibenden* Magmate *befindlichen beygemiſchten Metalls die* ſicherſte *und* zuverläſsigſte *Anzeige: was für metalliſche Theile eigentlich in dem verfälſchten Weine aufgelöſet ſind: geben würde, wie ſolches auch bey dem vom Apotheker N. N. unterſuchten L···· Franzweine, wegen der darinnen ſteckenden Eiſentheile geſchehen:*

So iſt dennoch dieſe ſonſt völlig unzweifelhafte Probe, bey der jedem Scheidekünſtler ſattſam bekannten, beynahe unglaublichen Theilbarkeit der Metalle in ihren Auflöſungsmitteln (vermöge welcher gar oft einige wenige Grane eines Metalls mehrere Eimer eines mineraliſchen Waſſers oder auch eines Weins dergeſtalt zu verändern pflegen, daß, ohnerachtet der metalliſche Gehalt derſelben weder durchs Geſicht noch durch den Geſchmack erkannt werden kann, dennoch einige Tropfen eines liquoris reagentis *z. E. des* liquoris probatorii; *der Blutlauge; der Gallaepfelbrühe etc. augenblicklich die metalliſche Beymiſchung in ihnen entdeckt) nicht jederzeit anzuwenden; da man, aus der angeführten Urſache zehn, ja wohl mehrere Kannen eines ſolchen Weins abrauchen zu laſſen, nöthig hätte, um ein merkliches Korn, des darinnen enthaltenen Metalls durch die* Reduction *wiederum herzuſtellen; welches bey ſehr koſtbaren Weinen, wie im gegenwärtigen Falle, nicht*

füglich ſtatt haben dürfte. Iedoch könnte der Eiſengehalt eines verfälſchten Weins auch wohl bey der Verdunſtung einer kleinern Portion deſſelben entdeckt werden; da bey einer nachher gemachten Reduction *des* Reſidui *die hergeſtellten Eiſentheile durch Hülfe eines Magnéts herausgezogen werden könnten.*

Indeſſen geben auch andre bey einer durch die Praecipitationsmittel angeſtellten Probe vorkommende Umſtände einige Anleitung, den Unterſchied des in dem Weine aufgelöſeten Metalls zu errathen, da z. E. bey dem Eintröpfeln des liquoris probatorii *ein mit Bleytheilen verfälſchter Wein gleich anfänglich eine mehr oder weniger* rothbraune *Farbe annimmt; hingegen ein Wein, welcher Eiſentheile in ſich hat, durch die Beymiſchung des oft genannten* liquoris *eine Schwärze, die nicht ins rothe oder braune ſondern vielmehr ins blaue ſpielet, zeiget.*

Noch beſſer aber wird der Unterſchied zwiſchen Bley und Eiſen, durch die ſogenannte Blutlauge, die am leichteſten auf die von MACQVERN vorgeſchriebene Art verfertiget werden kann, ganz ſicher *und* zuverläſſig *beſtimmt, doch muß ſelbige, um allen zu befürchtenden Irrungen vorzubeugen, aufs ſorgfältigſte, nach der von BAVME angegebenen Vorſchrift, von allen ihr bisweilen zufälliger Weiſe anhängenden Eiſentheilen gereiniget, und zu einer Unterſuchung des Eiſengehalts eines Weins oder Waſſers beſonders eingerichtet werden: denn dieſe ſchläget das in der Säure des Weins aufgelöſete Eiſen* ſchön dunkelblau, *als ein wahres Berlinerblau, nieder; da hingegen das Bley von ihr* weiſsgrau *oder etwas perlfarbig niederfällt. Und ob ſich gleich eine eben ſolche dunkelblaue Farbe, wie die vom Eiſen, von aufgelöſeten Golde oder Queckſilber nach MEYERS und anderer Ver-*

Verſuchen durch eine zugegoßene Blutlauge zeiget; ſo fällt doch der Verdacht einer, durch dieſe beyden genannten metalliſche Subſtanzen gemachten, Verfälſchung bey einem feilſtehenden kaufbaren Weine gänzlich hinweg, da ſchwerlich eine Abſicht errathen werden dürfte, aus welcher man dieſe Beymiſchung hätte unternehmen können.

Uebrigens können wir nicht unerinnert laſſen, daß die von dem Apothecker N. N. als ohnfehlbar *und* unwiderleglich *angegebene Art, den Bleygehalt in einem Weine, durch einen auf das abgedunſtete Magma deſſelben gegoſſenen reinen Weineßig und deſſen nachheriger Vermiſchung mit dem* liquore probatorio *zu entdecken, nicht von allem Zweifel frey ſeyn könne; da auch die in einem Weine und deſſen übrigbleibenden Magmate befindlichen Eiſentheile, von dem darüber gegoßenen Weineßig aufgelöſet, und durch die Weinprobe daraus, wie bey dem Bley,* ſchwarz *niedergeſchlagen werden. Zulezt ſtimmen wir den von dem* Phyſico *in F···· gründlich geäußerten Beſorgniſſen allerdings bey, daß ſowohl*

1) *Die Aufbewahrung der ſäuerlichen Weinſorten in zinnernen Kannen und Gefäßen, wie es an verſchiedenen Orten bey dem öffentlichen Verkaufe bey den Weinſchenken gebräuchlich iſt, wenn ſelbige auch nur wenige Stunden gedauert hat, gar wohl eine Auflöſung des dem Probezinn jederzeit zugeſezten Bleyes bewirken und daher zu vielerley Beſchwerden und Zufällen, nach der mehreren oder geringern Menge des aufgelöſeten Bleyes Anlaß geben müſſe, wie unter andern mehrere dergleichen traurige Fälle in den arzneykundigen Abhandlungen von BACKERN erzählet werden, in denen ſehr beſchwerliche und mit Lebensgefahr verknüpfte Zufälle von Obſtwein oder Cyder, auch andern ſäuerlichen Getränken*

ken erreget worden, die man in Gefäß n zubereitet, worinnen, ohnerachtet ſie aus Stein verfertiget waren, eiſerne Klammern mit Bley eingegoſſen und befeſtiget waren;

Als auch 2tens, die meßingnen Wein-Häne ebenfalls, zumal da ſie der äußern Luft ausgeſezt ſind, und alſo durch das allmähliche Austrocknen des daran hängenbleibenden Weins die Erzeugung eines Grünſpans unvermeidlich wird, durch dieſes entſtandene und dem durchlaufenden Weine beygemiſchte metalliſche Salz, dem Weine gar bald ſolche ſchädliche Eigenſchaften mittheilen können, daß nachher deſſen wiederhohlter Gebrauch Brechen und andre Beſchwerden nach ſich ziehen dürfte. Welches ſich nach denen von uns angeſtellten Verſuchen ſowohl, als aus den angeführten Erfahrungen eines MAVCHARTS, GMELINS und andrer, durch den liquorem probatorium *bekräftiget, zugleich aber auch dargethan wird, daß reines und von allen bleyhaltigen Zuſaz freyes Bergzinn vom aufgegoßenen Weine nicht aufgelöſet, und daher ein ſolcher Wein von dem* liquore probatorio *nicht ſchwarzbraun gefärbet werde. Urkundl. cet. Leipzig 1778.*

His praemiſſis nunc a nobis publice commendandus eſt.

VIR

CLARISSIMVS ATQVE DOCTISSIMVS

IOANNES EHRENFRIED RANDHAN

MEDICINAE BACCALAVREVS DIGNISSIMVS

qui, quamdiu apud nos diſcendi cauſa commoratus eſt, id ſedulo egit, vt exquiſitam ac vberrimam ſibi colligeret

ret medicarum rerum peritiam, quam nunc in humani generis commodum impendere geſtit. Quibus vero praeceptoribus hanc ſuam doctrinam in acceptis ferat, quaque ratione vitae ſuae curſum peregerit his verbis mihi expoſuit:

Ego Ioannes Ehrenfried Randhan, *almam lucem primum conſpexi die ſecunda menſis Ianuarii, anno milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo quinto. Suſcepit me pater* Ioannes David, *qui Roethae, oppidulo prope Lipſiam ſito, chirurgicam artem exercebat, ex matre* Ioanna Maria, *nata* Iungmannia; *qui tamen optimi parentes humanis rebus intereſſe dudum iam deſiere. Etiamſi vero patri cariſſimo curta eſſet ſupellex, ſollicite tamen curabat, vt a ſcholae dicti oppiduli magiſtris prima et religionis et literarum rudimenta haurirem; et praecipue a b. ABESSERO Cantore initia linguae latinae perciperem. Cum vero res anguſta domi non permitteret, vt vlterius literis operam navare poſſem, inſtruxit me parens optimus in ea, quam ipſe profitebatur, arte. Peractis tyrocinii annis e patria domo mihi erat emigrandum, eo conſilio, vt nobiliſſimae huius artis vberiorem mihi compararem peritiam. Qua de re, in caſtrenſium chirurgorum numerum receptus, per dirum illud, quod per ſeptem annos patriam devaſtabat, bellum, varias tam fortunae, quam ſanitatis viciſſitudines perpeſſus, ſtipendia feci. Reſtaurata poſtea pace Martis tranquilliora caſtra non ſtatim dereliqui; vbi tam felici mihi eſſe contigit, vt largam omnino opportunitatem nanciſcerer, collectam iam in arte chirurgica ſcientiam vſu perficere atque vberius excolere. Ter enim Dresdam miſſus, iisque adſcriptus, qui, vt vocant, annuum curſum apud celebres artis doctores frequentant, ex doctiſſimorum Virorum b. HAENELII* et *PITSCHELII, Archiatrorum et Proto-Medicorum caſtrenſium meritiſſimorum inſtitutione medicinae tam theoreticae, quam eius quae practica nominatur dogmata percepi; ſimulque b. WASSERMANNI ſcholis chirurgicis magno cum fructu interfui. Cum tamen his ipſis in ſcholis facile intelligerem ſupereſſe mihi adhuc permulta addiſcenda, quae ad artem medicam bene ac rite*

faciendam requiruntur, honorifice dimiſſus martis caſtra cum iſtis muſarum commutare in animum induxi. Quapropter in almam hanc cuiusvis generis doctrinarum ſedem me contuli, et a Magn. PLAZIO tunc temporis faſces academiae tenente ciuium numero adſcriptus fui. Adii diſcendi cauſa optimos quosque praeceptores, quorum doctrina animus medicae ſcientiae cupiditate flagrantiſſimus ſolide ac egregie inſtructus fuit. Philoſophiae addiſcendae cauſſa audiui PLATNERVM atque CAESAREM: vtramque, tam theoreticam, quam experimentis illuſtratam Phyſicam ex LVDWIGII ſen. ore hauſi. Latinae linguae vberiorem cognitionem a variis magiſtris mihi comparare annifus ſum. Deinceps propius ad ſcopum mihi praefixum acceſſurus Botanicen ex POHLII inſtitutione et medicamentorum ſupellectilem, quam Materiam medicam vocant, eodem duce cognitam mihi reddidi. Oſteologiam in KRAVSII ſcholis repetii; in molliorum vero corporis partium anatome BOSIVM, HAASIVM et GEHLERVM praeceptores mihi contigiſſe impenſe laetor; quorum vltimus mihi etiam benivole conceſſit veniam cadauera in theatro anatomico diſſecandi. Functiones corporis ſani explicauerunt mihi LEONHARDI, HAASIVS atque GEHLERVS: dubia vero, in phyſiologia hinc inde obuenientia, PLATNERVS enodauit; cui et diaetetices ac medicinae legalis notitiam debeo. Idem ille, quam GEHLERVS inceperat, vlterius mihi tradidit ophtalmiatriae doctrinam. Decano Ordinis medici Magnif. PLAZIO hiſtoriam medicinae, therapiam generalem, medicinam forenſem, externorumque medicamenſorum rectam applicationem tradenti, ſumma cum voluptate ac magno cum fructu adſedi. BOSIVS praeter haec pathologiam ac therapiam generalem; KRAVSIVS tam therapiam ſpecialem, quam morbum infantilium hiſtoriam, tandem et omnem chirurgiam me docuerunt. LEONHARDO, nunc Wittebergae Profeſſoris Medicinae munus ornanti, Chemiam vniuerſam; materiam medicam; medicinam clinicam; artem formulas concinnandi; chemiamque, quae in foro vſum praeſtat, in acceptis fero. Parturientibus opem ferendi artem mihi expoſuit POHLIVS, qui non ſolum in artificioſe conſtructa machina varios foetus ſitus, qui partum efficiunt ſaepe laborioſiſſimum, mihi oſten-

oſtendit; ſed et aliquoties permiſit, vt, cum partus praeternaturales ab ipſo vel manu vel inſtrumentis ſoluerentur, adſtare, traditasque regulas vſu confirmatas diiudicare queam. His omnibus, quantum per ingenii vires licuit, diligenter ac ſtudioſe peractis, menſe Septembri praeteriti anni primum examen ſubii et primam artis lauream tuli: poſtmodum, habitis antea lectionibus pro Licentia, ad alterum me examen accinxi, illudque, menſe Decembri, ſuſtinui.

Talem vero in his examinibus Cl. Candidatus ſeſe praeſtitit, vt communi ſuffragio veniam impetraret, publice in Cathedra comparendi, et diſſertationem inauguralem: *de corpore delicti, medice indagando*, Praeſide Magn. BOSIO, Seniore Ordinis Noſtri grauiſſimo, Fautore optimo, contra diſſentientes propugnandi. Quo vltimo ſpecimine finito tanto lubentius Ordo noſter tribuet ipſi ſummorum in arte medica honorum dignitates, quo propenſiore ſemper in eos fertur animo, qui tam morum probitate, quam doctrinarum cultu aſſiduo vitam ſuam academicam ornant. Quod cum a Noſtro factum omnino eſſe laetamur et profitemur, ipſum his ſuae diligentiae praemiis ornare nulli dubitamus. Pro ea ergo, qua clementiſſime nunc inſtructus ſum Procancellarii auctoritate ipſi Licentiam, ſummos in arte honores capeſſendi, lubenter impertiam. Quod dum proximo die Veneris ſolemni more facturus ſum RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICVM, PRINCIPES CELSISSIMOS, COMITES ILLVSTRISSIMOS, PROCERES VTRIVSQVE REIPVBLICAE GRAVISSIMOS, CIVES VNIVERSITATIS NOSTRAE GENEROSISSIMOS ATQVE NOBILISSIMOS humaniſſime rogo et obſecro, vt pro ſuo, ſaepius nobis commmon-

monſtrato, fauore, ſolemnia noſtra ornent, meque breviter de *Chirurgiae arcto cum Medicina connubio* dicturum, beniuole audire velint. Eximio hoc propenſionis ſuae, documento, gratiſſimam mihi ſuppeditabunt opportunitatem, deuinctum animum et Ordinis mei, et meo nomine publice teſtificandi. P. P. Dominica III. poſt Feſt. Epiphan. A. R. S. MDCCLXXXIII.

